



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Inuocatio dæmonum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

418 INVIDENTIA. INVOC.  
vel alteri, indifferens est. numer. 118.

Tristitia seu dolor de quocumque bono spirituali diuino, peccatum est Accidie, si fiat eo quod in ipso homine est, & est graue, & mortale si liberatio animi adsit. Tristari vero de bono diuino, quatenus est in Deo, est odium Dei, quod suo genere est omnium peccatorum maximum & gravissimum. num. 124.

Tristari de aliquo bono spirituali, quatenus est laboriosum, & impedimentum aliorum operum, vel tristari de bonis virtutum moralium, vel de bono temporali, non est peccatum accidie, sed alterius vitij tali virtuti contrarij, vel inuidiae. num. 124.

Inuidia seu tristitia fraternae gratiae, est peccatum contra spiritum sanctum. num. 126. Cur dicatur irremissibile, vide tit. peccati.

## IN V O C A T I O

### Demonum.

EST duplex, expressa vel tacita. Expressa est quando verbo, vel opere imploratur auxilium demonum. Tacita est quando quis emititur facere aliquid per causas, qua nec suapte natura, nec ex dispositione diuina, aut Ecclesiastica possunt illud efficere: Vel quando tales causae tanquam necessaria adiunguntur aliis, qui possunt

possunt talem effectum producere. cap. 11. num.  
11. Nouo num. 25.

Exempla hæc possunt esse. I. vti verbis  
sacrīs, ea lege vt sint scripta, vel ligata tali  
tempore, modo, materia, aut à tali persona;  
& aliis huiusmodi: quod est peccatum mor-  
tale. num. 23. & 34. Nouo num. 25. & 35.

II. Adiungere causis naturalibus ali-  
quos characteres significatiuos, ad intelli-  
gendum dæmonem factos; vel nomina  
incognita, sed ad dæmones relata, quod  
etiam est mortale, ibidem.

III. vti causis naturalibes veluti char-  
tis, aleis, sortibus, astrolabio, cribro, & aliis  
huiusmodi ad sciendum secreta, & arcana,  
vel furtum commissum, vel ad subito inci-  
dendum, quod etiam est peccatum mortale.  
cap. 11. num. 22, & num. 30. No. nu. 25. & 30.

IV. Vti verbis sacrīs ad inanem effectum,  
vt ad mouendum annulum supra filium, vel  
ad volūendum cribrum; quod opera diaboli  
fi, & est peccatum mortale. ibidem.

V. Miserere falsa. veluti dicendo quod  
Christus habuit febres. num. 22. Nou. nu. 25.  
Peccat mortaliter qui habet dæmonem seu  
spiritum familiarem ad sciendum secreta,  
vel remotissimo loco gesta. n. 24. No. nu. 26.

Peccat etiam m. qui tacite vel exprefse  
inuocat dæmonem, vt sibi præster consiliū,  
Dd 2 fauorem,

fauorem, vel auxilium. n. 27. No. n. 28. Ideo de eo qui per modum obsecrationis adiuravit dæmonem. ibidem. vide, Adiuratio.

Peccat item mort. qui vult inuestigare, vel inuestigat thesaurum per operam dæmonis. num. 28. Idem de eo qui, vt inuocationibus, & incantationibus dæmonum, alicui noceat, componit vel facit componi veneficia. num. 28. Sed de aliis pluribus huic materiae contingentibus. vide tit. Supersticio.

## I R A.

**E**S T vitium inclinans animum ad appetendum inordinatum vindictam. Eius filiae sunt Indignatio, Tumor, Clamor, Blasphemia, Contumacia, Opprobrium, Rixa. cap. 23. n. 215. De ira quatenus est passio, vide tit. Animæ, & tit. Passio. Peccat mort. peccato ira, qui deliberate vult vindictam notabilem immitteram, vel maiorem merita, vel meritam, auctoritate propria; vel contra Iuris ordinem, vel principaliter in malum proximi, & non in bonum iustitiam. ibid.

Peccatum mortale iræ committit qui per indignationem, aut tumorem, aut clamorem inordinatum facit aliquid prohibitum sub mortali. cap. 23. num. 116.

Vide plura tit. Maledictio, Vindicta.

I R B